STATVTA

ET

ORDINATIONES

COLLEGII SIVE

Aulæ MARIÆ VALENTIÆ

communiter nuncupatæ



ORDINATIONES

& Statuta Collegij siue Aulæ MARIÆ VALENTIAE communiter nuncupatæ Penbroke Hall, in Vniuersitate Cantabrigiensi.

AD honorem Dei, & Domini nostri Iesu Christi, eiusque Sacrosanctæ Ecclesiæ ædificationem, ac Cleri & Sacri Ministerij ac studiorum amplificationem: Incipiunt Ordinationes & Statuta illustris memoriæ Dominæ, Dnæ MARIAE de S. *Paulo*, Comitissæ de Penbroke, quæ anno Domini 1347. cum matura & diligenti deliberatione sanciuit, edidit & ordinauit, & à Reuerendo in Christo patre, *Thoma* diuina prouidentia Elienſi episcopo roborari & confirmari procurauit, futurisque temporibus ab omnibus & singulis in ipsa domo habitantibus inuiolabiliter obseruanda decreuit.

2 Et ne tam piæ fundationis támque ſancti propoſiti mens fruſtraretur, aut Ordinationes, Statuta, Priuilegia, & Conſuetudines ignorentur: Eadem Statuta & Ordinationes fideliter & dupliciter regiſtrari volumus, quorum altera pars remaneat penes Vniuerſitatem, altera in Theſauraria ipſius domus aſſeruetur.

3 Et in plena Sociorum eiuſdem domus Congregatione, ſingulis Terminis poſt actualem Magiſtrorum ceſſationem, ſemel ad minimum coram ijſdem eadem Statuta per Cuſtodem aut eius locũ tenentem recitari & perlegi volumus, ne in aliquam eorundem tranſgreſſionem incidens, ignorantia ſe poterit excuſare.

4 Pro maiore autem conſcientiarum ſerenitate diligenter eſt aduertendum, Ordinationes ipſas, Statuta, Priuilegia, Libertates & Conſuetudines conſcientias ſingulorum, ad earum obſeruationem iurãtium, ſic obligare, vt nulli ſingulariter priuata authoritate liceat eas tranſgredi quouis modo.

5 Sic tamen dictum Collegium ipſóſue Socios ac ſtudioſos non obligẽt, quin cum aliquibus eorundem Sociorum ex certis & legitimis cauſis contra ipſas Cõſuetudines vel Statuta (exceptis ijs quę ad Sociorum electionem ſpectant) aliquoties poterunt diſpenſare.

a/

6 Dum

6 Dum tamen Magiſter & omnes ac ſinguli Socij, vel ſaltem Magiſter, & maior pars Sociorum huic diſpenſationi conſentiant. Et niſi in certis ſtatutis contra quæ non liceat cum aliquo diſpẽſare, niſi conſenſu cuſtodis & omnium ac ſingulorum Sociorum vnanimiter concurrente (vt in ſuis locis pleniùs apparebit). Ordinationibus ipſis, quoad alios, nihilominus in ſuo robore perpetuo permanſuris.

Caput I.

Quod ſi ſint 30. Scholares, quot ex ijs Presbyteri aut Diaconi eſſe debeant.

INprimis ordinatum eſt, Quod domus ſupradicta, *Collegium* ſiue *Aula* Mariae Valentiae perpetuò appelletur.

In qua, triginta ſint Scholares, vel plures, vel pauciores, ſecundum Bonorum & reddituum eiuſdem domus augmentum.

De quibus, viginti quatuor ſint Maiores & Perpetui iuxta formam ſequentium ordinationum. Et ſex minores, qui Grammaticam didicere, & ad dialecticam diſcendam apti iudicabuntur: remouendi, vel ad ſtatum maiorũ promouendi, temporibus electionum. Quos qui-

dem in ipſis Electionibus, cæteris præferri volumus, paris ſcientiæ & honeſtatis in moribus.

Sint etiam ex Sociorum numero, ſex Presbyteri, aut tres ad minimum Presbyteri, & totidem Diaconi, ſi numerus Sociorum denarium numerum exceſſerit.

Si autem minor fuerit, quatuor Presbyteri, aut ad minimum duo & totidem Diaconi.

Prouiſo, quod, cum non fuerit iuſtus numerus presbyterorum aut diaconorum, Seniores Socij, iuxta admiſſionem ſuam in domo, infra certum tempus per Magiſtrum & maiorem partem Communitatis aſſignandum (quod vnius integri anni ſpatium non excedet) Presbyteros aut Diaconos (prout huius Statuti ratio poſtulauerit) ſeſe fieri curent: aut alioqui ab ipſius collegij emolumentis omnibus recedant. 1. Niſi cum aliquo, propter graues cauſas, per cõſenſum Magiſtri ac maioris partis Socioru diſpenſetur: & tunc ſuccedat is, qui ordine proximus eſt, excepto eo qui Medicinæ (vt ſequitur) operam dat. 2. Et niſi aliquis ex Socijs, qui ordine proximus non eſt, in decedentis Presbyteri aut Diaconi locum, ſua ſponte ſuccedere velit.

Qui quidem Presbyteri, cum alijs Socijs, Precationibus & alijs ſacris adminiſtrandis & percipiendis, temporibus ad id deputatis (vt poſtea

ſtea apparebit) diligenter & religioſe incumbant.

Singulos etiam Socios maiores facultati artium, vel ſacræ Theologiæ duntaxat, operam dare volumus: præter vnum Medicum (ſi quis velit illi arti operam dare) Magiſtri & maioris partis Sociorum iudicio, ad hoc inſtitutum aſſignandum: Et præter cuſtodem domus, qui nulli vni facultati, ſit aſtrictus.

Contra quod quidem Statutum, nullo modo volumus diſpenſari: niſi ex vnanimi Cuſtodis & omnium & ſingulorum Sociorum conſenſu.

Maiores autem Socij, poſtquam triennium magiſtri Artium fuerint, ad Theologię ſtudium ſtatim ſeſe conferant.

Habeant etiam, ijdem Magiſter & Socij maiores, liberam, puram & ſpontaneam inter ſe Electionem, tam in Socijs eligendis, quàm in alijs dictæ domus Officijs & Officiarijs (iuxta formam in capite de Electionibus expreſſam.)

Similiter habeant & Socij, vacante officio Magiſtri, conſimilem eligendi, ſuum Magiſtrum ſiue domus Cuſtodem, liberam facultatem.

Sit itaq; in dicta domo, vnus, Superior, cui cæteri omnes, tam Socij quàm alij, quocunq; nomine cenſeantur (præcipuè verò qui ad interiorum ſiue exteriorum Bonorum adminiſtrationem

tionem fuerint deputati, in hijs, quæ ad officiũ ſuum pertinent) parere & obtemperare teneantur. Vir varia eruditione, & rerum vſu & experientia valens, cum ijſdem commorans, qui Cuſtos dictę domus pro tempore ſuo nuncupetur, iuxta formam in capite de Electionibus expreſſam.

Caput II.

De forma eligendi Cuſtodem, & alios Miniſtros dicti Collegij.

PRO formis Electionum in dicto Collegio, inprimis ordinatum eſt, Quod officio Cuſtodis, quomodocũq; vacante, Statim, intra 8. dies à tempore vacationis prædictæ. (Dum tamen maior pars Sociorum Collegij, præſens fuerit.) Senior Socius iuxta ſtatum ſuum in domo, cæteros omnes Socios in Vniuerſitate præſentes, conuocari faciat. Iniungatq; omnibus & ſingulis, quod ipſi fideliter, ſodio, amore, & cæteris prauis affectionibus depoſitis, ſolum Deũ & Sacramentum ſuum domui præſtitum habendo præoculis) nominẽt, & eligant, vnum ex numero Sociorum (ſi aliquis ibi idoneus reperiatur) quos quidem (cæteris paribus) alijs

præferri

præferri volumus, Aut alioqui alium quemcunque, modò presbyter fuerit, & ad minimum Artium magiſter, Quem, coram Deo iudicauerint ad ſtudium ſacrarum literarum promouendum, & dictæ Domus negotia expedienda maximè idoneum, aptum, & propenſum.

Quo facto, (inuocata primum ab ijſdem Spiritus ſancti gratia dicendo hymnum, VENI CREATOR SPIRITVS, &c. cum oratione, DEVS QVI CORDA, &c. abipſo Seniore finita,) Idem Senior, adiunctis ſibi quatuor ex præſentibus proximis poſt eum ſenioribus, eligant inter ſe tres Diſquiſitores votorum communitatis, Vnum, videlicet, primò, & poſtea alium, & conſequenter tertium.

Qui tres ſic electi, primum conferant voces ſuas, deinde ſingulorũ Sociorum vota, ſeorſim aliquantulum (omnibus videntibus, ſed non audientibus) diligenter perquirant, & fideliter conſcribant, videntibus ipſis deponentibus qualiter vota ſua inſerant.

Et vtantur ſinguli deponentes hijs verbis aut ſimilibus: EGO TALIS N. NOMINO VEL CONSENTIO IN TALEM N. AD OFFICIVM CVSTODIS HVIVS COLLEGII, &c. Et ſic de ſingulis ſeriatim, ſecundùm eorum ſtatum in Domo.

Quibus per ordinem conſcriptis, ſtatim in eodem loco antequam Socij diſcedant, quæ ſcripta ſunt, in medium publicentur.

Quod ſi, in aliquem vnum, Maior pars Communitatis conſenſerit, illius electio, abſque hæſitatione vel quæſtione aliqua, firma ſit & rata. Quam etiã electionem, ſtatim, prænominatus Senior, ſub hac forma verborum pronunciare teneatur, EGO TALIS N. NOMINE MEO ET OMNIVM SOCIORVM MEORVM ELIGO TALEM N. IN CVSTODEM ISTIVS DOMVS.

Si autem contingat, Maiorem partem Communitatis in nullum vnum conſentire, Fiat iterato Scrutinium, per eoſdem Diſquiſitores. Et ſic, quoties Communitati videbitur expedire, quouſque in vnum aliquem, ad Officium Cuſtodis, maior pars conſenſerit.

Quod ſi in nullum, per Scrutamina conueniant ante tertium diem, tunc in quinque Socios Seniores, ſecundum ſtatum ſuum in Domo, (niſi infra eum ordinem & numerum, ſint aliqui Theologiæ Bacchalaurei, qui quidem cæteris non Bacchalaureis etiam Senioribus, hac in re præferantur.) ſtatim compromittant. Qui vice Communitatis, de idoneo Cuſtode prouidebunt.

Quo

Quo electo, per Maiorem partem iſtorum quinque, & Electione (vt ſuperiùs) pronunciata, faciat eum, idem Senior, coram Communitate, tactis Sacroſanctis Euangelijs iurare: *Quod, officium Cuſtodis, pro ſuo tempore, fideliter, gerat: Ordinationes, dictæ Domus illæſas, (quantum in ſe eſt) obſeruabit: Earundem etiam (quantum poterit) fidelem, & diligentem faciet exequutionem.* Et tradat illi, librum Statutorum, & Claueis Ciſtarum. Et ſtabit, ſic electus, in officio Cuſtodis, quamdiu ſe benè geſſerit, in officio prædicto.

Et quia, idem Cuſtos, propter induſtriam ſuam eſt electus, & propterea mora eius continua, dictæ Domui eſt neceſſaria: *Ordinatum eſt*, quod ſi contingat eum, vltra vnum menſem cõtinuum, in pleno Termino à Domo præfata eſſe abſentem, abſque legitima cauſa, per Maiorem partem totius Communitatis approbanda, Et niſi in negotijs Collegij, vel ex alia cauſa, de iure permiſſa: quod ex eo tempore officium vacet Cuſtodis, & ſtatim, (in forma qua priùs) ad nouam procedant Socij electionem.

Nec liceat, alicui Sociorum, à Collegio ſe abſentare, vltra quindecim dies in toto, coniunctim & diuiſim, in pleno termino: Et extra terminum, vltra menſem, ſine ſpeciali licentia Cuſtodis, petita & obtenta: ſub pœna conſimili.

Quod si contingat, Custodē, se reddere difficilem, erga aliquem Socium, in dando licentiam per tempus sibi opportunū, tunc, Maior Communitatis pars, pro tali disponat, sicut ipsis videbitur expedire; Hoc tamē adhibito moderamine, Quòd semper sint quatuor Socij præsentes, quorum ad minimum vnus sit Presbyter: & quod nullus istorum quatuor recedat, quousq; alij Socij absentes, in illorum locum succedant. Nisi ex causa legitima, per Custodem aut eius locum tenentem, ante ipsius discessum approbanda. Et si, tum, Custos vel eius locum tenens, reddat se difficilem in dando alicui licentiam: tunc maior pars præsentium, pro tali disponat, sicut ipsis videbitur expedire.

Quilibet etiam de Communitate, ad negotia Domus expedienda, per Custodem eiúsue locum tenentem & ipsam Communitatem electus, sine contradictione, ire sit paratus: nisi ex causa legitima fuerit impeditus, quam causam, Custos per Communitatem, statim excutere teneatur. Et si causa prædicta, per Maiorem partem Communitatis approbata fuerit, alius ipsius loco eligatur. Et habeat sic electus, expensas, rationabiles, pro tempore quo, in huiusmodi negotijs expediendis absens fuerit: Qui, cum domum redierit, Custodi & Thesaurarijs rationem

nem reddat de expensis, ita, vt appareat eum, moderatos sumptus fecisse.

3 Singulis item annis, post Resumptionem, in Crastino Dionysij, eligantur etiam duo Thesaurarij, qui, bene & fideliter, cum Custode, seruabunt Bona singula Collegij.

4 Item, eligatur, eadem hora, Decanus Sacelli.

5 Cubicula item sua, eligant prædicti Socij seriatim descendendo, secundùm statum suum in Domo. Ita vt, in quolibet cubiculo, sint duo Socij, nisi fuerit ea copia cubiculorum, vt singulis prouectioribus, singula Cubicula iuxta Ordinationē Custodis & maioris partis Communitatis, poterint prouideri.

Post Ministrorum Collegij electiones peractas, (quas superiùs exposuimus) parati sint eodem die, vel intra octo dies sequentes, Custos, & Thesaurarij prioris anni, ad reddendum rationes suas. In quo Computo, omnes & singuli Socij Maiores, interesse teneantur.

Habeant etiam, ijdem Thesaurarij, curam communis Bibliothecæ Collegij, ac videant ne, libri foras à quoquam, absque speciali licentia Custodis & Communitatis, efferantur, aut à quoquam vllo modo violentur.

legend. prim. 31 Eliz c. 6.

Caput III.

De forma eligendi Socios.

PRo forma eligendi Socium vel Socios, ad hunc modum Ordinatum eſt. Quod ante finalem Electionem faciendam, præcedãt, coram Communitate, tres vel quatuor Nominationes Præparatoriæ (prout Cuſtodi & Socijs videbitur expedire.) Et, in qualibet, præterquam in prima, iniungat Cuſtos, omnibus & ſingulis Socijs, in virtute præfati Sacramenti, *quod nominent, talem vel tales, quem vel quos maximè idoneum vel idoneos, ſecundùm iſtas conditiones, aut ſcinerit, aut ſaltem firmiter crediderit.*

Nimirum, *Magis morigerum, magis in ſtudijs proficientẽ, qui etiã ſit liber, & legitimus, & qui non ſit coniugatus, nec ab eodẽ Collegio, nec ab alijs Collegijs expulſus,* (nullũ excipiendo.) Dummodo fuerit Bacchalaureus in facultate Artiũ, vel Sophiſta, qui proximè ſequenti Quadrageſima poſt Electionem ſuã, ſit determinaturus. Cuiuſcunq; nationis, vel regni extiterint: præcipuè, ſi tales, in regno Franciæ nati, in vniuerſitate Cantabrigienſi, vel Oxonienſi inueniantur. Sic tamen, quod nullus numerus Sociorum vnius Comitatus, excedat

dat Quartam partem Sociorum. Possunt autem, indifferenter eligere, de studentibus Cantabrigiæ & Oxoniæ.

Hoc tamen requiritur, vt Nominandus habeat voces, Maioris partis Nominantium.

Hijs ita peractis, conferat se Custos, cum duobus senioribus præsentibus, secundùm eorum statum in Domo, ad aliquem Locum seorsim, ad singulorum vota perscrutanda.

Nec liceat custodi, aliquem eligendum proponere Communitati, nisi sit vnus ex eis, qui fuerat in illis Præparatorijs Nominationibus, priùs inter Socios, nominatus.

Et, si, in aliquem talem, Maior & Sanior pars Communitatis consenserit, tunc is, publicè per Custodem Nominatus, forma verborum superiùs expressa in Electione Custodis denuncietur.

Et sic, seriatim, nominent Socios alios, forma prædicta, quousque nominatus fuerit numerus completus, sociorum eligendorum.

Quod si contingat aliquem talem, æquales tantùm habere voces, vel pauciores, quàm sit Maior pars Communitatis, tunc reincipiat Custos, vota omnium perscrutari, quousque in aliquem vnum, Maior & Sanior pars Communitatis consenserit: Et tunc talis N. (forma prædicta)

Caput III.

De forma eligendi Socios.

PRo forma eligendi Socium vel Socios, ad hunc modum Ordinatum est. Quod ante finalem Electionem faciendam, præcedāt, coram Communitate, tres vel quatuor Nominationes Præparatoriæ (prout Custodi & Socijs videbitur expedire.) Et, in qualibet, præterquam in prima, iniungat Custos, omnibus & singulis Socijs, in virtute præfati Sacramenti, *quod nominent, talem vel tales, quem vel quos maximè idoneum vel idoneos, secundùm istas conditiones, aut sciuerit, aut saltem firmiter crediderit.*

Nimirum, *Magis morigerum, magis in studijs proficientē, qui etiā sit liber, & legitimus, &, qui non sit coniugatus, nec ab eodē Collegio, nec ab alijs Collegijs expulsus,* (nullū excipiendo.) Dummodo fuerit Bacchalaureus in facultate Artiū, vel Sophista, qui proximè sequenti Quadragesima post Electionem suā, sit determinaturus. Cuiuscunq; nationis, vel regni extiterint: præcipuè, si tales, in regno Francię nati, in vniuersitate Cantabrigiensi, vel Oxoniensi inueniantur, Sic tamen, quod nullus numerus Sociorum vnius Comitatus, excedat

dat Quartam partem Sociorum. Possunt autem, indifferenter eligere, de studentibus Cantabrigiæ & Oxoniæ.

Hoc tamen requiritur, vt Nominandus habeat voces, Maioris partis Nominantium.

Hijs ita peractis, conferat se Custos, cum duobus senioribus præsentibus, secundùm eorum statum in Domo, ad aliquem Locum seorsim, ad singulorum vota perscrutanda.

Nec liceat custodi, aliquem eligendum proponere Communitati, nisi sit vnus ex eis, qui fuerat in illis Præparatorijs Nominationibus, priùs inter Socios, nominatus.

Et, si, in aliquem talem, Maior & Sanior pars Communitatis consenserit, tunc is, publicè per Custodem Nominatus, forma verborum superiùs expressa in Electione Custodis denuncietur.

Et sic, seriatim, nominent Socios alios, forma prædicta, quousque nominatus fuerit numerus completus, sociorum eligendorum.

Quod si contingat aliquem talem, æquales tantùm habere voces, vel pauciores, quàm sit Maior pars Communitatis, tunc reincipiat Custos, vota omnium perscrutari, quousque in aliquem vnum, Maior & Sanior pars Communitatis consenserit: Et tunc talis N. (forma prædicta)

dicta) per Custodem denuncietur.

Maiorem autem, & Saniorem partem Communitatis, eam esse intelligendam decernimus, (vt omnis in posterum tollatur rixandi occasio) quæ, & numero excedat reliquam partem totius Communitatis, &, in qua, consentiunt Custos & duo saltem ex illis Socijs, qui, secundùm vetustam consuetudinem illius domus dicuntur Seniores: (hoc est) Ex illis, quibus licet, ex omni numero Sociorum, admittere pauperes suos discipulos, ad mensæ communis in Aula administrationem, & fragmentorum, quæ inde tolluntur, perceptionem.

Quo facto, faciat eos Custos requiri, & coram eo iurare, tactis Sacrosanctis, quod nullius *generis redditus siue Temporales, siue Ecclesiasticos possideant qui summam* 10. *Marcarum excedant, aut curam animarum habeant. Et quod post annum completum postquam huiusmodi redditus aut possessiones vltra decem Marcas annuatim adepti fuerint, ab emolumentis Collegij recedent; Sine spe qualibet vel vlteriùs de dictæ Domus prouentibus quicquam percipiendi. Nisi aut ante annum finitum illos redditus prorsus relinquat, aut contingat eum ad Custodis officium admitti.* Quum Custodi licitum fuerit quodlibet Beneficium cum Officio suo obtinere, dummodo in dispendium aut onus Collegij cedere non possit.

Quilibet

Quilibet etiam Socius infra annum eius primum, cõferat Collegio, ad Vtensilia ipsius Collegij instaurãda, decem solidos: Nisi cum eo ad tempus, per Custodem & Maiorem partem Sociorum, dispensatum fuerit.

Insuper volumus, quod Scholares Maiores & Minores eligantur de parochijs Ecclesiarum ad Collegium pertinentium, si tales apti & idonei reperiantur, quos quidem (cæteris paribus) alijs præferri volumus: Ita tamen, vt non sint vltra duos de eadem consanguinitate.

De Minoribus Scholaribus secundæ mensæ deputatis nulla alia fiat electio, nisi quod is, qui per Custodem & Maiorem partem Sociorum nominatus fuerit, admittatur ad exhibitiones Minores Domus, vsque ad beneplacitum eorundem: Ita quod quandocunque Custos & Maior pars Communitatis aliquem eorum duxerit amouendum, ille sine omni contradictione & querela recedet.

De forma faciendi iuramenta, ad obseruandum Statuta & Ordinationes dictæ Domus.

ORdinatum est, Quod Custos, primo die, quo aliquis in dicta Domo fuerit electus, faciat eum, coram omnibus Socijs præsentibus, tactis Sacrosanctis iurare, ad obseruandum articulos subsequentes.

Inprimis, *Iurabit quod summam fidelitatem erga Collegium præstabit.*

2 *Statuta, Priuilegia, Consuetudines, Libertates & Ordinationes dictæ Domus, iam facta, & futuris temporibus legitimè facienda, obseruabit.*

3 *Nec procurabit malum Domui aut Socijs.*

4 *Nulli etiam reuelabit secreta Collegij, aut Sociorum; vnde vel ad Collegium, vel ad Socios infamia posset peruenire: Nisi fortè ei, qui huiusmodi secretis debuit interesse, vel audire.*

5 *Iurabit etiam, quod si aliquem ex Socijs nouerit, ebriosum, tabernas aut inhonesta spectacula communiter visitantem, contentiosum, luxuriosum, vel notabiliter vitiosum; Custodi seu eius locũ tenenti, quamprimum commodè poterit, reuelabit.*

6 Item, *quod nullum Sociorum dicto vel facto ex deliberatione*

beratione præhabita, ad iram prouocabit. Quod si aliquis, ſuper aliquo præmiſſorum, coram Cuſtode & Maiore parte Communitatis, legitimè conuictus fuerit, ab exhibitione Cominarum ſuarum per menſem, vel plus vel minus, ſecundùm rationem delicti, iuxta moderatum Cuſtodis arbitrium, penitus excludatur.

7 *Iurabit etiam quilibet* Artiſta & Theologus, niſi fuerit Doctor in Theologia, *quòd interſit ſingulis diſputationibus ſexta Feria ſingulis Septimanis in Pleno Termino habendis, niſi legitima cauſa fuerit impeditus, & tunc, licentia à Cuſtode petita & impetrata.*

8 *Iurabit etiam quilibet, quòd ſi contingat eum, propter ſua (forſitan) Demerita, per Cuſtodis ac duorum diſcretorum Sociorum per Communitatem electorum decretum, à Domo ipſa finaliter expelli; quòd nullo iuris remedio contra ipſos ita iudicantes, ſeu eorum aliquem, quocunque colore, clam vel palam, vtetur: Sed omni actioni, liti, ſupplicationi, prouocationi, appellationi, & omni Iuris remedio tam Ciuilis quàm Conſuetudinarij renunciabit; & quod iuriſdictioni, Ordinationi & decreto Cuſtodis & Sociorum prænominatorũ in omnibus ſe ſubmittet.*

Si quis verò dictorũ Sociorum ebrioſus, contentioſus, luxurioſus, vel in luſu alearum aut chartarum pictarum aſſiduus, deprehenſus fuerit, aut nocturnus graſſator, vel in ſtupro, ebrietate, adulterio, aut alio quouis ſecreto crimine,

 idque

ídque conſtiterit Cuſtodi; tunc Cuſtos corripiat eum primò, ſeorſim per ſe: Secundò, ſi nõ abſtineat, coram duobus vel tribus Socijs Seniorib⁹ ciuſdẽ Domus: & Tertiò, coram tota Communitate. Quod ſi, poſt tertiam Monitionem, ſeſe non ſubiecerit correctioni Cuſtodis, & duorum Sociorum Seniorum ſic (vt dictum eſt) per Communitatem electorum, ſed incorrigibilis appareat, iudicio ipſius Cuſtodis & Sociorum prænominatorum, penitus à Domo expellatur.

Si verò crimen, in quo aliquis ex dictis Socijs deprehenſus eſt, non ſolùm graue, ſed ita etiam publicum & manifeſtarium fuerit; vt, niſi publica punitione corrigatur, veriſimile ſit, infamiam ex eo plurimam obuenturam eſſe toti Collegio: Tum ſtatim, citra primas monitiones, ſiſtatur taliter delinquens, coram Cuſtode & tota Communitate: & pro crimine admiſſo, ſi legitimè conuictus fuerit, ſubeat ſententiam Cuſtodis & duorum (vt dictum eſt) Sociorum per Communitatem electorum, vel de ſua expulſione (ſi grauitas criminis, ipſorum iudicio ita poſtulauerit) vel dę alia quauis mitiore mulcta: A qua ſenntetia lata, non licebit alicui Sociorum, poſtea vnquam appellare.

CAPVT

Caput. V.

De forma cuſtodiendi Pecuniam, & alia Bona, dictæ Domus.

THeſaurarij etiam, in forma præmiſſa per Communitatem electi, vnà cum Cuſtode, in aliqua Ciſta, vel in Ciſtis omnibus, ad hoc ordinatis, omnem pecuniã de redditibus vel aliunde quouis modo prouenientem, vnà cum Sigillo communi, cuſtodiãt; ita quòd, quilibet illorum Trium, de ſingulis Ciſtis, habeat vnam clauem: Ne aliquod ſcriptum vel charta, ſub Sigillo eodem communi exeat, niſi prius per Cuſtodem & Theſaurarios diligenter examinetur, regiſtretur, & coram ijſdem ſigilletur; Maioris partis Communitatis, & Cuſtodis ad hoc conſenſu priùs concurrente.

Dicti etiam Cuſtos ſeu eius locum tenens, & Theſaurarij, omnem pecuniam de Redditibus prouenientem, ſimul recipiant, & ſingulas expenſas domus faciant: Ita quod, in die quo Ratio reddenda ſit, de Receptis pariter & Expenſis fidelem poſſint reddere rationem.

Ijdem verò Cuſtos & Theſaurarij, cuilibet Sociorum Maiorum, ſingulis Hebdomadis, pro

Cominis ſuis, decem & octo Denarios Legalis Monetæ, perſoluant.

Hebdomadis verò, 1. *Omnium Sanctorum*, 2. *Natalis Domini*, 3. *Proxima antè Quadrageſimam*, 4. *Paſchæ*, 5. *Pentecoſtes*, 6. *Trinitatis*, duos ſolidos.

Cuilibet etiam ſecundæ Menſæ deputato, ſingulis Septimanis, decem Denarios, ſimiliter perſoluant.

Quod ſi aliquem Sociorum, vel Scholarium minorum, à Collegio abeſſe contigerit, rata portio, pro tempore abſentiæ ſuę, penitùs ſubtrahatur: Niſi fuerit pro negotijs Collegij.

Habeant autem Menſam inter ſe communem, ad quam etiam, & ad horam Statutã (quatenus eorum facultas permiſerit) conuenire teneantur, modeſtè ſimul & quietè veſcentes.

Dicat autem Cuſtos, aut eius locum tenens, Gratias: Legantur etiam Biblia Sacra, ab vno Diſcipulorũ, quotidiè, in initio & fine Prandij.

In Menſa autem, nullo alio ſermone Socij vtantur, niſi Latino: Præterquam in magnis Feſtis, & Hoſpitum præſentia.

Iuniores verò, omnibus locis Publicis, & omnibus temporibus, intra Collegium, Latinè loquãtur: Cui rei, quòd ad Iuniores attinet, Decanus Sacelli, diligenter inuigilet.

Habeant etiam præterea, ijdem Socij Maio-

res

res ſinguli, quotannis, pro togis emendis, aut alios ad vſus neceſſarios, Viginti Solidos in Pecunijs, ad quatuor anni Partes: Et pro Graduum Inſignibus, Bacchalaureus Artium, quatuor ſolidos: Magiſter Artium octo ſolidos: Bacchalaureus in Theologia duodecim ſolidos: Theologiæ Profeſſor & Magiſter Collegij (ſi promotus fuerit) ſedecim ſolidos: Quodſi Cuſtos non fuerit promotus, habeat pro ijſdem viginti ſolidos.

Scholares autem Minores ſeu Diſcipuli, pro Indutione ſua, ſinguli accipiẽt quotannis, quatuor ſolidos & quatuor denarios: Is verò ex ijs, qui Officium Promi gerit, tredecim ſolidos & quatuor denarios.

Cuſtos quoque, ſi non fuerit promotus, pro labore ſuo circa officium ſuum impenſo, accipiet ſexaginta ſolidos, & pro Famulo Exhibitionem, quoad Secundam Menſam: Si fuerit promotus, quadraginta ſolidos ſingulis annis, pro labore ſuo, & pro Famulo Exhibitionem quoad Secundam Menſam: Et ſi Cuſtos ſit commorans in Collegio maiorem partem anni, habeat etiam Famulus eius, quotannis, pro Indutione ſua, vt cæteri diſcipuli, quatuor ſolidos & quatuor denarios.

Si verò Cuſtos indiguerit Equis, pro negotijs

tijs Collegij, prouideatur ei, quoties opus fuerit.

15. Habeant etiam in Thesauraria Registrum, in quo singula, per Patens Sigillum transmissa, fideliter inscribantur.

16. Habeant præterea omnes Seruientes Collegio vtiles, vnà cum Tonsore, & Lotrice, pro quibus, diligenter prouideant Custos & Thesaurarij sub debito Iuramenti; &, vt illas operas locent honestioribus, & pretio (quantum possunt) æquissimo, de prouentibus Domus, eis satisfaciendo.

Caput VI.

De precibus communibus, & alijs ad Sacellum spectantibus.

1 QVia verò non solùm rerum cognitionem, & literas meliores in hoc nostro Collegio florere, sed & omnem pietatem vigere volumus:

Statvimvs, vt singulis diebus Dominicis & alijs Festis, Mane & Vesperi Publicæ Preces iuxta consuetudinem Ecclesiæ Anglicanæ canantur.

Sacra etiam Communio (quũ sunt qui communicare volunt) ijsdẽ diebus celebretur. Quibus singuli Socij Maiores interesse teneantur, nisi

nisi causa legitima impediti, per Custodem aut eius locum tenentem approbanda: Sub pœna moderata per eundem imponenda, arbitrio suo.

2 Locus etiam Communis, ter in quauis Septimana, tempore precum (quæ mane inter horam quintam & sextam diebus profestis habeantur) à Socijs & Pensionarijs ordine suo tractetur, si Bacchalaurei artium gradum excesserint, aut si fuerint presbyteri: Exceptis Doctoribus.

3 Decanus etiam Sacelli, per Custodem & Maiorem partem Sociorum (vt superiùs assignatum est) electus, Sacelli & omnium eò pertinétium curã habeat immediatam: Cui, in officio suo parêre (excepto Custode) omnes teneantur: qui de precationibus debitis temporibus dicendis, & Sacra Communione per Ordinem, à se & cæteris Presbyteris administranda, diligenter prouideat.

4 Negligentiores tempestiuè ac honestè commonendo, discursus inutiles, garrulas confabulationes, disputationes, aut alias vanitates, in eodẽ Sacello, tempore Diuini officij nulla ratione permittendo: Custodis etiam, hac in re, ope & auxilio concurrente; qui contrarium facientes, corripiat, &, si correpti se nõ emendauerint,

pœna moderata etiam mulctet.

5 Curet etiam idem Decanus, vt de Pane, Vino, Libris, & alijs ad idem Sacellum pertinentibus ſufficienter prouideatur, & eorum omnium habeat cuſtodiam, ita vt de omnibus & ſingulis ſuæ cuſtodiæ commiſſis (ſicut de alijs miniſtris præmiſimus) eiſdem locis & temporibus fidelem teneatur reddere rationem.

6 Poterit etiã idem virtute officij ſui, aliquẽ vel aliquos ex Minoribus Scholaribus, in ſui officij ſubſidium aſſumere, dummodo non fuerint in Scholaſticis exercitijs occupati, & eoſdẽ, ſi negligentius, diebus Feſtis & cæteris temporibus debitis conueniãt, Cuſtodi, ſeu eius locum tenenti denunciet, qui eos, in aliorum exemplum corrigat & caſtiget.

7 Sed & Diſputationes ſeu Problemata Sociorum, idem Decanus moderetur, & in fine quæſtionis determinet, & pro labore ſuo accipiat ſingulis annis, tredecim ſolidos & quatuor denarios.

8 Eligatur etiã per Cuſtodem & Maiorem partem Sociorum, vnus ex Socijs qui iuuentuti Dialecticam & Philoſophiam prælegat, et in diſputationibus exerceat. Qui pro labore ſuo habeat quotannis viginti ſolidos ex prouentibus Collegij: Hac tamen lege, vt ex illis diſcipulis, qui à

Collegio

Collegio aluntur, nihil accipiat, Niſi Cuſtodi et Socijs aliter expedire videatur.

9 Præſidis autem, ſiue Cuſtodis locum tenentis officium, ex numero Sociorum, is exerceat, qui ab ipſo Cuſtode fuerit aſſignatus: Qui pro labore ſuo (ſi Cuſtos fuerit promotus) quadraginta ſolidos annuatim accipiat, ex redditibus Terrarum, quæ vocantur DOMINARVM Willoughbie & Bray: Quas quidem terras ad hunc modum diſponimus.

10 Si Cuſtos non fuerit promotus, habeat ex „
ijſdem annuatim viginti ſex ſolidos & octo „
denarios; Et ipſius locum Tenens tantun- „
dem. „

11 Quod reliquum eſt, Collegio cedat ad nu- „
merum diſcipulorum ſiue Bibliologorum am- „
plificandum. „

12 Si verò Cuſtos fuerit promotus, nihil ex illis „
terris accipiat; & qui Præſidis officiũ, (Cuſtode „
in negotijs Collegij vel aliâs ex cauſa legitima „
occupato) exercet quadraginta ſolidos (vt ſupe- „
riùs aſſignauimus) quotannis percipiat. „

13 Quod ſupereſt, Collegio cedat in vſum ſupe- „
riùs aſſignatum. „

14 Quæ propter Exequias collata fuere Cuſtodi et Socijs eodem tempore cum ſtipendio perſoluantur.

15 Commendationes verò Fundatricis, et eorum qui præclarè de Collegio meriti ſunt, iuxta Statuta Academiæ habeantur: Miniſtro verò verbi (qui eodẽ die concionem ſacram habet ad Collegas ſuos,) per Cuſtodem eiuſuè locum tenentem aſſignando, duo ſolidi numerentur: Et ad refectionem Sociorum pro ſingulis quaternarijs octo denarij: Pro ſecunda menſa, pro ſingulis quaternarijs bini denarij exponantur.

16 Habeatur etiam die Circumciſionis quotannis conuiuium moderatum: Ad quod, ij qui olim Socij fuerunt (ſi qui in Academia fuerint) & Bedelli, iuxta conſuetudinem antiquam inuitentur: Conuiuium autem, quod ſolebat haberi in die Barnabæ, prætermittatur, vt cætera onera faciliùs ſuſtineri poſſint.

19 POſtremò, omnes huius Collegij Socios et Studioſos, vehementer in Domino hortamur, vt, (memores beneficiorum quæ huius rei gratia à Domino acceperunt) optimis Studijs, et omni pietati ſe totos conſecrent, Statuta noſtra diligenter et fideliter obſeruent, Nullã callidam aut ſiniſtram interpretationem contra ipſorum ordina-

ordinationem, ſenſum et mentem, adhibeant, Sed firmas ac ratas habeant: Suam et Eccleſiæ Dei vtilitatem quęrentes, ac omnes conatus ad Domini ac Seruatoris noſtri gloriam illuſtrandam, conferentes, Cui, cum Patre & Sancto Spiritu, ſit omnis honor, gloria, & imperium, in ſæcula ſæculorum, AMEN.

THOMAS ELY.
NICOLAVS ROFFENS.
IOANNES CHEKVS.
GVILIELMVS MEY.

Viſitatores Regis Edwardi Sexti.

¶ Comprobatio Statutorum Collegij Penbrochiani, per Visitatores ab illustrissima Regina ELIZABETHA designatos.

Anno Dom. 1559.

HÆC Statuta Collegij siue Aulæ MARIAE VALENTIAE vulgariter nuncupatæ **Penbrooke Hall**, in Cantabrigia: à Reuerendis in Christo Patribus, Domino *Thoma Elienſi*, & Domino *Nicolao Roffenſi*, Episcopis, Domino *Ioanne Cheke* Equite aurato, Domino *Guilielmo Mey* Legum Doctore & Eccleſiæ Diui Pauli London, Decano, Visitatoribus Academiæ Cantabrigienſis, à fœliciſſimæ recordationis principe Rege EDVVARDO ſexto deputatis, correcta & approbata, Nos quoque, eâdem Visitatoria authoritate ab illuſtriſſima Regina ELIZABETHA, Dei gratia, Angliæ,

Angliæ, Franciæ & Hyberniæ, &c. muniti: Hæc inquã Statuta, omnia ac ſingula, prout ſuperiùs in viginti octo paginis et dimidia, cum eorundẽ Viſitatorum ſubſcriptionibus deſcripta ſunt, Approbamus & cõfirmamus, ac Cuſtodi & Socijs eiuſdem Collegij inuiolabiliter obſeruanda tradimus.'

2 Niſi quod in pagina viceſima ſeptima de Stipendio Præſidis ſiue Cuſtodis locum tenentis, et de diſpoſitione Terrarum Dominarum **Wollaughbie** & **Bray**, quædam duximus immutanda, et eius rei gratia, lineas quaſdam, incipiendo ab hijs verbis, *Si cuſtos non fuerit promotus*, vſque ad hæc, *In vſum ſuperius aſſignatum*, incluſiuè, expunximus, et quę ſequũtur eorum loco ſubſtituimus.

3 Si Cuſtos non fuerit promotus, habeat ex ijſdem annuatim quadraginta ſolidos, Et qui Præſidis officium (Cuſtode in negotijs Collegij vel aliâs ex cauſa legitima occupato) ſiue is Preſbyter ſit, ſiue non, exercet, tantundem (vt ſuperiùs eſt aſſignatum) accipiat. Et, alius ex Socijs iuxta Electionem, qui cæteros ordine præcedit, (modò is Presbyter aut Diaconus fuerit) viginti ſex ſolidos et octo denarios.

4 Quod ſi Cuſtos promotus fuerit, nihil ex illis terris accipiat. Sed Præſidi dabuntur quadraginta

„ginta ſolidi, et illi Presbytero ſiue Diacono qui
„ordine primus eſt, tantundem. Alteri verò Preſ-
„bytero ſiue Diacono qui ordine proximus eſt,
„viginti ſolidi & octo denarij perſoluentur.

„ Ex eo verò quod ſupereſt, pro Cuſtodis &
„Maioris partis Sociorum diſcretione, poteſt ali-
„qua portio, ad Sociorum detrimenta (vt vo-
„cant) ſuſtinenda aſſignari. Hac tamen conditi-
„one, vt ſemper, iuſta aliqua illius pecuniæ ſum-
„ma, ad ædium ſarta tecta conſeruanda, rema-
„neat.

„ Harum terrarum curam gerat & prouentus
„recipiat, vnus ex ijs, qui ex ijſdem fructum ali-
„quem percipiunt, per Magiſtrum ſiue Cuſto-
„dem, & Socios aſſignandus, qui ſingulis annis
„in Quadrageſima, die conſueto, rationem, co-
„ram Cuſtode & Socijs reddere teneatur.

Hæc immutari placuit.

Quæ ſequuntur, dictis Statutis *duximus addenda: Nimirum.*

VOlumus etiam, vt ſinguli eiuſdem Collegij Socij, qui iam ſunt, & qui poſthæc in illud Collegium cooptabuntur, ſubſequens iuramentum eo quo ſequitur modo, verbis conceptis iurare teneantur.

neantur. Qui autem, à Custode aut eius locum tenente, requisitus, iurare recusauerit, Sodalitio suo (si iam fuerit admissus) ipso facto priuetur. Eligendi verò in posterum, idem iuramentum in admissione sua suscipere recusantes, nullo modo admittantur, aut pro Socijs habeantur.

Iuramenti forma talis est.

EGO *N. N.* Deo teste, promitto ac spondeo:

1 Primùm, me veram Christi religionem omni animo complexurum.

2 Scripturæ authoritatem hominum iudicijs præpositurum.

3 Regulam Vitæ, & Summam Fidei, ex verbo Dei petiturum.

4 Cætera, quæ ex verbo Dei non probantur, pro humanis habiturum.

5 Authoritatem Regiam in hominibus summam: & externorum Episcoporum, seu alterius Potestatis Forinsecæ cuiuscunque iurisdictioni, minimè subiectam, æstimaturum.

6 Contrarias verbo Dei opiniones, omni voluntate & mente refutaturum.

7 Vera consuetis, scriptâ non scriptis in Religionis causa perpetuo antehabiturum.

MATTHAEVS CANTVAR.
GVILIELMVS BILL.
GVALTERVS HADDON.
IACOBVS PILKINTON.

Visitatores Reginæ ELIZABETH.

Nomina Custodum seu Magistrorum Collegij MARIAE VALENTIAE communiter nuncupati Penbrooke Hall.

1 THomas de Bingham.
2 Robertus de Thorp.
3 Richardus Morice.
4 Ioannes Tynmew.
5 Ioannes Sudbury.
6 Ioannes Langton.
7 Hugo Damlet.
8 Laur. Booth.
9 Tho. Ratheram.
10 Georg. Fitzhugh.
11 Rogerius Labourne.
12 Richardus Foxe.
13 Robertus Shorton.
14 Robertus Swinbourne.
15 Georg. Folberie.
16 Nicolaus Ridley.
17 Ioannes Yong.
18 Edm. Grindall.
19 Matth. Hutton.
20 Ioannes Whitgift.
21 Ioannes Yong.
22 Guilielm. Fulke.

Nomina Collegarum Magistro-
rum Collegii MARIAE VALENS.
Vitae communitatem inscripsit.

1 Thomas Tingelam.
2 Robertus de Torp.
3 Richardus Morice.
4 Iohannes Thorpe.
5 Iohannes Sudbury.
6 Iohannes Langton.
7 Hugo Dunelm.
8 Laur. Bostil.
9 Tho. Rotheram.
10 Georg Fitzhugh.
11 Rogerius Ladowne.
12 Richardus Fox.
13 Robertus Shirton.
14 Robertus Swinburne.
15 Georg. Polbrin.
16 Nicolaus Ridley.
17 Iohannes Tong.
18 Edm. Grindall.
19 Richard. Hutton.
20 Iohannes Whitgift.
21 Iohannes Tong.
22 Guilielm. Fulke.

Gratiarum actio Sociorum & Discipulorum Collegij
in die Commemorationis suorum Benefactorum.

Cognanda & lectio prima ex Ecclus. 44. deinde canendum est Te Deum.

In 2da lectionem Hebr. 11. postea canantur

Psal. 100
148
149
150

Then follows

The memory of ye righteous shall remayne for ever more; And shall not be afrayd for any evill report.

The Lord be with you
And wth thy spirit.

Let us pray.

O Lord we glorifye thee in these thy servants our Benefactours departed out of this present life, beseeching thee that as they for their time did wth charitably & our comfort the temporall things wch thou didst give them; so we for our time may profitably use the same to the setting forth of thy holy word, thy laud & prayse. And finally that both they & we may raygne wth thee in glory through Jesus Christ our Lord. Amen.

Most gracious God, by whose only goodnes we are preserved, we give us we are bound most hartily thankes to thee for these daily Benefits, wch we of this house doe receive by the liberall gifts of our Revn.

and worthy benefactours. And we most humbly
beseech thee to grant, that as they bestowed them to
a good intent, thereby to furnish thy Church & the
Commonwealth with Knowledge & Learning, that
we also proue not unthankefull both to thee and
them, either by our owne vanity, or idlenes defa-
cing their hopes, abusing their helpe, neglecting
thy glory, misspending o^r time, discrediting our
profession. But by thy grace assisting their gifts
& our labours, o^r mayntenance may be enlarged to
the furtherance of our studys, our studys may
be furthered to the increase of learning, our
learning applyed to the good of thy Church the
profitt of this Realme the comfort of o^r frends
the credit of this House the glory of thy name
through Jesus Chr^t o^r Lord. Amen.

Gradum Lecho Socior: & Scholarium
Collegij in die Commemorationis.

Prima Lectio. Ecclesiasticus. 44. deinde can
Te Deum.
Lectio 2da. Hebr: ij. postea canend
Psal. 100.
Next ye Commemorat. it selfe. after it
sing. Psal. 148. 149. 150. &
The Memory of ye righteous shall remain (re
And he shal not be afraid of any evil Report.
The Lord be w yu.
And w thy Spirit.

Lett us Pray.

O Lord wee glorify thee in these thy Servan
our Benefactours departed out of this misera
Life: beseeching thee, that as they for
their time bestowed charitably to o comf
ye temporal things wch thou didst give th
so wee for our time may profitably ex
same to ye setting forth of thy holy
thy Laud & praise: & finally that both
Thee may reign w thee in glory thro

Charles R.

Trusty and welbeloved we greet you well.
Whereas we doe understand that our former
Commands Directed to our Vniversity of Cambr
about opponents performing their Duty in
Divinity Disputations hath proved throughly
effectuall to the good purposes Designed there
and thinking it of no little Consequence to the
good of our said Vniversity that the Exercise
required by the Statutes of private Colledges
should be as duely performed as in the same
we have thought fit by these our Letters to
Recommend it to the particular care of such
persons whom it shall concerne, that they see
the Directions of the respective Statutes in
every Colledge concerning any Academicall
exercises to be duely and Regularly observed and
put in Execution. And particularly We do
require that any person in any Colledge who by
the Statutes of the Colledge shall be Course to
performe any kind of Exercise (Whether it
be Common places, Problems, Disputation,
Opposition, Explanation, or any such Exercise
whatsoever) shall stand obliged to performe the
same in a due manner, and undergoe the penalty appointed in
the said Statutes, repeated from time to time
untill he have performed it in his own person

or shall have grounded it to be performed by some
other person in his stead fitly Qualified, to be
approved upon reasonable refuse by such Person
or Persons to whom the Power of Approbation in
such Cases shall belong. And our pleasure is that
a Copy of these our Letters be delivered to the
Master of every Colledge in our said University
and that he cause the same to be published to
those of his Colledge, and then to be Registred in
the Registry of their respective Colledges to the
end they may be the better observed by all persons
whom they shall concerne. And so we bid
you farewell. Given at our Court at Whitehall
this 12th Day of May 1676 in the eight &
Twentieth yeare of our Reigne.

By his Ma^ties Command

H. Coventry

To our Trusty & welbeloved
the Vicechancellour & Heads
of Houses in our University
of Cambridge

Concordat cum Originali
Jta testor Matt. Wren
Not. Pub. & Alme Universitatis
Cantabrigiæ Registrarius principalis